

Marinae Magnae Ducissae Moschoviae Paulus Quintus P. M.

Dilectissima in Christo Filia Nostra Nobilis Mulier Salutem, et Apostolicam  
 Benedictionem. Maxima sane letitia perfusissimus ob praestanti-  
 simum Tuae Celitudinis, cum Dilectissimo Filio Nostrum Demetrio Magno  
 Moschoviae Duce Connubium hoc ipsum Tibi ex animo gratula-  
 lamur, facile enim credimus his Tuis nuptiis Magnam Ecclesiae  
 Catholicae Utilitatem alluturas. Te enim Patre Nobili Viro, et de  
 Religione Nostra Optimo merito Nata pia et laudabili institutione  
 educata, nunc singulari Dei munere, cum tanto, tuique Principe  
 Matrimonio iuncta, libet Nobis omnia a Tuae celitudine expecta-  
 re, quae a Nobili Muliere Dei Zele incensa, Divinorum Beneficio-  
 rum memoria expectari debent, quod illud primum et potissimum,  
 ut omni studio atque Diligentia cures una cum Dilectissimo Filio Nostrum  
 Demetrio Magno ac potentissimo Duce Viro Tuo, ut Catholicae  
 Religionis Cultus, et Apostolicae S. Romanae Ecclesiae disciplina  
 a subiectis Imperii Vro populi recipiatur, recepta, retinatur,  
 et amplifietur. Hoc enim pacto, et Deo Pro. misericordiam gratam  
 ob haec inter collata beneficia exhibebis, qui nihil a nobis exigit,  
 quam Sacrificium, et Oblationem Cordis Vri. Sic enim Coniugi  
 Tuo Nobilissimo, qui Te ad tanti Imperij Societatem vocavit,  
 gratias rependes debitas, cum Tu Divino praesidio Throni eius  
 pietate munire studueris. Sic enim de Te dicit Dilectissima Filia  
 Mulieris bone, Vir beatus, Mulier bona in parte bona timentium  
 Deum data est Viro pro factis bonis Nos certe, qui facilius id  
 assequi posuis semper Tui in Vris Oraemibus memores erimus,  
 Tibique a Deo Auxilium gratiae Suae indeclementer precabimur.  
 ut cum pace, et gaudio simul cum prestantissimo Viro Tuo felix  
 ac late ad extremam Senectam, demum ad vera bona, aeternaque  
 Vitam pervenias. Interea Tibi cum Omni Cordis Affectu, Nostra  
 benedictionem Apostolicam peramanter impartimur. Datum Romae  
 apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris 3 Nonas Apr. 1605.

Handwritten notes at the top left of the page.

Handwritten title or header text at the top of the main body.

Main body of handwritten text, consisting of several paragraphs of dense script.

Handwritten signature or name at the bottom center of the page.